

A. S. S. & I. T.

DISCURSUS THEOLOGICUS,

De

# MERITO CHRISTI QVID SIT, ET QVA- RUM PARTIUM;

Succinctè in *oīōēi* & *āñj.đētēi* adornatus:

QVEM

*Cum Consensu & Approbatione*

ADMODUM REVERENDÆ FACULTATIS THEOLOGICÆ,

In Regiâ Academiâ Aboënsi,

P R A E S I D E

## PETRO LAURBECCCHIO,

S. S. TH. D. & PROFESSORE Primario,

Acad. h. a. RECTORE,

*Publicæ disceptationi submittit*

## LAURENTIUS LIMINGIUS,

Sacellanus in Riem.

*In Auditorio Superiori & Maximo,*

Ad diem 4. Jantuarij, Anni Christiani

CID. IDC. XCV.

---

Impr. apud Jo. LAURENTII WALLIUM.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO  
PATRI, AC DOMINO,

DN. JOHANNI GEZELIO,  
S.S. Theol. Doctori Celeberrimo,  
Dioceſeos Aboënsis Episcopo longè gravissimo,  
nec non Regiae ibidem Academiæ Pro-Cancellario  
Amplissimo, Consistorii Ecclesiastici Præsidi Eminentissimo, Mæcenati & Patrono maximo,  
benignissimoq;



um, Reverendissime Pater, etiam mihi  
Servo Christi minimo, oppido perspe-  
ctum sit, Tuæ Reverendissimæ Digni-  
tati nihil omnium æque ac CHRISTUM, ejusque  
preciosissimum Meritum cordi esse, sustineo & ego,  
cli-

Clientulorum subjectissimus, sacras has, super sacratissimâ re Meditationes, Reverendissimæ Tuæ Dignitati, in exquisitissimæ devotionis sacrum pignus, solemni more ac religioso, consecrare: Istâ humilimâ additâ prece, ut solitâ favoris aurâ hosce meos conatus Reverendiss. Tua Dignitas gratiolè foveat animetque. Qvâ de re me minime dubitare sinet Reverendissimæ Tuæ Dignitatis Celebratissimus, nec unquam deficiens, etiam inter tot Gravissimi Muneris quotidianâ Onera, qvorumcumqve studiorum, saltim liberalium & piorum cursum, promovendi animus. Inde supremum Numen, non otiosus predicator, calidissimis semper solicitabo suspiriis, ut sub Clementiæ ejus Alis Tua Reverendissima Dignitas, in Nominis Divini gloriam, Ecclesiæ ejus Tutelam, Rei Literariæ Decus, & Patriæ Salutem, Splendidissimæqve Familiæ Gaudium, ad seruos uques annos superstes quam felicissimè Vivat, Valeatque!!!

Tuæ Reverendiss. Dignitatis

Humilimus Cliens

LAUR. LIMINGIUS.

Plurimum Reverendis, Clarissimis, Doctissimisque  
VIRIS,

Dn. JOHANNI TUDERO,  
Præposito ac Pastori in Rie-  
mi meritissimo, Parentis  
loco semper colendo.

Dn. JOHANNISAARMAN,  
Pastori In Lillkyro vigi-  
lantissimo, ut olim Præce-  
ptori fidelissimo, ita nunc  
Fautori certissimo.

Dn. LAURENTIO CA-  
LICIO, Pastori in Ne-  
derkalix fidelissimo, Bene-  
factori honoratissimo.

Dn. NICOLAO THÖRNER  
Pastori Castrensi in West-  
Bothn. dignissimo.

Hoc qvalecunque Specimen Ingenioli in  
debitæ Reverentiaz pignus offert,  
dicat, dedicatque

Vestrorum Nominum

Observantissimus  
LAURENTIUS LIMINGIUS.

Ad

Reverendum & Clarissimum;

DN. LAURENTIUM  
LIMINGIUM,

Amicum in paucis dilectum.

De

MERITO CHRISTI

acutè disputantem,

Gratulatio Extemporanea.

urpiter ad Stygias quando damnata re-  
nebras,  
Stirps humana fuit semine tincta  
malo:

Nec fuit in terris justas qui mulceat iras,  
Temperet & nemensi summe JEHOVA,  
Tuam,

For-

Formam virgineo natus de ventre virilem;  
Induis, ætherei nate coæve Patris.  
Hunc medios inter, gens sangvinolenta, latrones  
Expandens rigido stipite membra, locat,  
Illiis obseqvium mens præbuit alma Parenti,  
Illiis & noster morte reatus obiit,  
Scilicet amissæ miseris spes unica vitæ  
Hic fuit, & partæ præco salutis erat,  
De MERITO cuius castè Reverende LIMINGI  
Differis, hinc Doctis annumerande viris.

S. EGERSTEDT.

QVÆ MERITI CHRISTI RATIO, QVÆ  
PROPRIETATES.

§. I.

**M**eritum quod est Latinis, ΑΞΙΑ & ἐνέργητα Graecis dicitur; & si vocabula ista pretioso Merito Christi applicanda erunt (sunt enim ἀγερά) respectu DEI acceptantis, Meritum Christi appellabitur Dignitas pretii seu ΑΞΙΑ, respectu vero Hominum, pro quibus praestitum est, Συέργητα, id est, Benemeritum. Συνώνυμο Meriti Christi nonnulli volunt ejus Satisfactionem, quā Christus οέανθεωπό DEO unitrino, pro omnibus omnium omnino hominum peccatis, in judicio divino, post voluntariam interventionem, sibi imputatis, consummatissime obedientie λύτροι solvit, in justitia & misericordia DEI laudem, & nostri redēctionem. Verum, judge B. Dn. D. Koenigio Theol. Posit. Acroamat. Part. 3. §. 220. Non coincidunt Christi Satisfactione & ejus Meritum. (1) Illa respectum habet ad injuriam compensandam; Hoc ad Mercedem gratuitam acquirendam peccatoribus. (2) Illa in ordine ad Meritum se habet instar Cause; Hoc instar Effectus. (3) illa ipsi Sacrosancta Trinitati, non nobis, licet pro nobis, facta est; At non ipsi Sacrosancta Trinitati, sed nobis meruit Christus. (4) Actus Exinanitionis Satisfactorii & Meritorii simul sunt; At actus Exaltationis solum meritorii &c. (5) Satisfactione etiam Christi (quod illis Koenigii addi potest) spectat solum ejus Obedientiam, Hebr. 5. v. 8. sed Meritum quoque Victoriam includit, Eph. 4. v. 8. Psal. 68. v. 19. Meritum enim est actio, quā justum est ut agenti aliquid detur; Meritum ergo Christi, quā Obedientiam, presupponit ejus Satisfactionem, & debitorum nostrorum solutionem, per quam nobis immunitatem a nostris debitibus, & gratiam, justitiam, atque gloriam æternam, meritorie acquisivit; Quā Victoriam vero, quod

R

super-

Meriti  
Christi,  
quid Na-  
minis?

136 superavit generis humani hostes, nosque ex illorum servitate potenter emancipavit & afferuit; sicut exsultando prædicat Apostolus, i. Corinth, 15. v. 54, seqq. ex Hos. 13. v. 14. Hæc ονομαζογιαν attinent.

Quid Rei  
seu Dei  
finitio,

2. Quà rem autem; Meritum Christi est Actio Filii DEI Θεανθρώπου, quà ipse promissimā & humillimā obedientiā, Activā & Passiū, Legi Dei per Peccatum violatae, vice nostri omnium sufficientissimē solus satisfaciens, & omnipotenti suā virtute Diabolum, Mortem, atque Infernum, devincens ac triumphans, aeternam toti Generi Humano Redemtionem invenit, & Gratiam DEI ac Salutem aeternam, verè ad finem usque credentibus, recuperavit! Singulæ Descriptionis hujus partes, sua habent in Scripturis vestigia & fundamenta; utpote (1) *Actio*, Esa: 43. v. 24, 25. Phil. 2. v. 7, seq. Joh. 10. v. 11, 15, 17, seq. Eph. 4. v. 8. Psal. 68. v. 19. (2) *Filiī DEI Θεανθρώπου*, Joh. 3. v. 16. Rom. 8. v. 32. 1. joh. 1. v. 7. Ibidem 4. v. 9. Luc. 1. v. 31, 32, 35. Matth. 1. v. 21. Esa: 7, v. 14. (3) *Qui ipse promissimā & humillimā obedientiā hanc actionem in se suscepit*, Psal. 40. v. 8, 9. Hebr. 10. v. 7, 9, 10. Phil. 2. v. 8. Hebr. 5. v. 8. Esa. 53. v. 7. (4) *Activā & Passiū* obedientiā pronobis præstitā, Math. 5. v. 17. Esa. 53. v. 3. Rom. 8. v. 3, 4. Psal. 22. v. 7, 1eqq. (5) *Legi DEI per peccata violatae satisfaciens*, Rom. 8. v. 2, 3. Joh. 8. v. 36. Gal. 5. v. 1, 4. ibidem 3. v. 13. (6) *Vice nostri omnium*, Esa. 53. v. 6, 11, 12. 1. Joh. 2. v. 2. ibidem 4. v. 14. (7) *Solus sufficientissimē*, Act. 4. v. 12. Esa. 63. v. 4. 1. Joh. 2. v. 2. Colos. 1. v. 20. (8) & omnipotenti suā virtute Diabolum, Mortem, atque Infernum, devincens ac triumphans, Gen. 3. v. 15. Psal. 68. v. 19. Eph. 4. v. 8. Hos. 13. v. 14. 1. Corinth. 15. v. 54, seqq. Hebr. 2. v. 14. Esa. 25. v. 8. Apoc 21. v. 4. (9) *Aeternam toti Generi Humano redemtionem invenit*, Hebr. 9. v. 12. Apoc. 5. v. 9. (10) & *Gratiam DEI ac Salutem aeternam*, verè ad finem usq[ue].

usque credentibus, recuperavit, I. Thet. 5. v. 9. Eph. 4. v. 8,  
 II. Matth. 24. v. 13. Eph. 2. v. 5, seqq. Ex qvibus o-  
 mibus patet, (a) *Angustas* nimis esse Meriti Christi  
 circumscriptioes illas, qvæ nullâ *Victoriae & Triumphi*  
*Christi* factâ mentione, plene vindicationis è potestate Satanae,  
*Mortis, & Inferni*, incertos aut dubios credentes relinqvunt,  
 secus ac protestatur Apostolus I. Corinth. 15. v. 55, seqq.  
 (b) Photinianos ipsum fidei fundamentum evertere, qvando,  
 ex *Christi Satisfactione & Merito, Beatitudinem & vitam eternam*  
 nobis acquisitam fuisse, negant; contra Eph. 5. v. 2.  
 Hebr. 9. v. 14. &c. Verè namqve & graphicè B. D.  
 Dannhaverus Hodosoph. Phænom. VIII. Lit. K. num. VI.  
 Meritum Christi repræsentat, dum ait: *Victima ēaūis ipse  
 Christus est*, Eph. 5. v. 2. Corinth. 5. v. 21. Hebr. 9. v.  
 14. qvi obtulit se totum in holocaustum, obtulit carnem, Animam,  
 Sanguinem, Ioh. 6. v. 51. Math. 20. v. 28. Hebr. 9. v. 12.  
 lacrymas, aquam, que à perfozzo latere emanavit, Hebr. 5. v. 7.  
 famem itidem sicutque, nè quidem DEO ipso excepto, qvi victi-  
 me vim ac momentum dedit, omnemque illius sortem appropria-  
 vit sibi. DELIS oblatus est objectivè: Deitas actiùe cooperata  
 est. Est autem hæc *Victima*, (1) *Succedanea nostri*, av. ημῶν,  
 ὑπερ ηὐῶν, cum genitivo, h. e. vice nostri praefixa, uti jam olim  
 præagiuit *Esaias*, Cap. 53, v. 4, seqq. qvi locus ad Christum re-  
 fertur, Math. 8. v. 17. Act. 8. v. 32, seqq. I. Petr. 2. v. 24.  
 vide hæc prolixè deducta ibidem in sequentibus. (2) *Est* ea-  
 dem *Victima perfectissimè iōōpōm̄* & sufficiens, infiniti valoris,  
 pretii, fructus, qvæ justitia læse abundantissimè & ex aſſe satis-  
 fecit, Hebr. 10. v. 14. Semel; qvæ vox septies legitur; h. e.  
 consummatæ & perfectæ, Heb. 6. v. 4. ibidem 7. v. 27. cap.  
 9. v. 12, 26, 27, 28. cap. 10. v. 2, 10. Confer. I. Petr. 3. v.  
 20. Iud. v. 3. *Est* eadem *victima* (3) *sanc̄tissima*; (4) *sum-  
 mè necessaria*; (5) *Pretiosissima*; (6) *Volentissima*; Denique (7) *Cat-  
 hólica*. videsis ibidem ad singula.

3. Hinc Meriti Christi inter Proprietates & Affectiones, est (1) VALOR & EFFICACIA infinita, ut cuius virtute exsoluta sunt omnia debita nostra, nosqve DEO reconciliati, & à potestate Satanae, Mortis atque Inferni, liberati sumus, i. Joh. 2. v. 2. Joh. 4. v. 42. i. Joh. 4. v. 14. Rom. 5. v. 10. ii. 2. Corinth. 5. v. 18. Eph. 2. v. 16. Colos. 1. v. 20, seqq. Hebr. 2. v. 14. i. Corinth. 15. v. 54, seqq. Hos. 13. v. 14. Oritar autem Meriti Christi Valor & Efficacia, à conditione Personæ Christi, divine ac infinite; qvod contra Photinianorum vanissimas argumentias tenendum erit. Quippe quod (1) Personæ dignitatem attinet: Peccatum Adæ fuit infinitum, propter objecti infiniti læsionem; quare Mors Christi etiam infiniti valoris erit, quia infinita Personæ Mors est, Act. 20. v. 28. Atque etsi unica quidem Sanguinis Christi guttula sufficiens erat, ratione infinitatis Personæ, plena tamen effusio Sanguinis reqvirebatur, ratione corruptæ & peccatricis nature humanae. Quantum vero justitia DEI acceptare debuerit, non ex nostrâ phantasiâ, sed ex DEI Verbo intelligendum est: Qvod autem (2) Personæ vim infinitam concernit: Non passus est DEUS, susceptione passionis naturali, sed appropriatione voluntariâ. Christus simul est pars lesa, ut judex, est quoque mediator, secundum voluntatem reconciliationis. Et qvia DEUS sufficientissimum esse voluit λύειν, ideo divinam naturam opiculari oportuit, i. Pet. i. v. 18, 19. Act. 20. v. 28. i. Corinth. 2 v. 8. i. Joh. i. v. 7. Etiamque (3) Peccatum infinitum habet malitiam, offendens DEUM, & à Summo bono ac ultimo fine hominem deordinans; Unde infinitum quoque justissimi DEI iram accedit, Deut. 32. v. 20, 21, 22. & infinitum pariter λύειν seu Premium redēptionis requirit, Psal. 49. v. 8, 9. Psal. 143. v. 2. Ut aberrent proinde à vero Scholastici, vel Infinitatem offense peccati solum ex infinitate divine Majestatis deducentes, inquam commisum est; vel contendentes, nullum peccatum

eligunt, sed mōbidi affectivū

esse

133

esse Malum simpliciter infinitum, sed tantum secundum quid,  
nec illi inesse malitiam intrinsecam, sed tantum extrinsecam;  
Contra i. joh. 3. v. 4. Ibidem 5. v. 17. §. Hinc utiq̄ manifeste  
redarguuntur, *Efficacium Meriti Christi blasphemè perver-  
tentes*: videlicet (*a*) Photiniani, *Christum negantes re-  
conciliasse nobis DEUM*, & reconciliationem per *Christum fa-  
ctam*, non *DEI erga nos placationem significare*, sed *nostri  
erga illum solam conversionem*, lecutā inde stabili cum DEO  
amicitiā, contendentes; contra Scripturas, Rom. 5. v. 10.  
2. Corinth. 5. v. 18. Colos. 1. v. 21, 22. Nec tantum  
Homines convertuntur ad *DEUM*, sed *DEUS ipse dicit*, se con-  
verti velle ad Homines, Malach. 3. v. 7. Zach. 1. v. 3. Nec  
(*B*) Arminiani iisdem adeo discrepant, *Christum afferentes  
id solum meruisse*, ut *DEUS nobiscum in gratiam redire vellet*,  
at non *promeruisse Fidem & Regenerationem*, quo nihil ajunt  
ineptius & vanius, quam hoc *Merito Christi tribuere*. Sic  
enim *Fidem non fore conditionem*, quam *DEUS à Peccato-  
ribus sub comminatione Mortis aeterna exigeret*, utpote  
non in *potestate hominum constitutam*; Imò sic Patrem, ex  
*Merito istius, obligatum fuisse*, ad conferendum nobis  
*Fidem, & efficiendum in nobis omnia*, quæ nobis sub  
*comminatione mortis praescribitur*. Verū hæcce in *DEO in-  
ter se non pugnare*, *Scriptura manifeste ostendit*, & quā  
*Benevolentiam spontanea reconciliationis*, Rom. 5. v. 8. 1. Petr.  
3. v. 18. & quā *efficiendam Fidem ac Regenerationem*, joh. 15.  
v. 5. Ibidem 6. v. 44. Rom. 10. v. 17. 1. Petr. 1. v. 3. Nec  
etiam absurdum est, *DEUM solum dare fidem*, 2. Corinth.  
3. v. 5. Phil. 2. v. 13, & vi *Merito Christi ad eam homi-  
nibus conferendam obligari*, Rom. 8 v. 32. at nihilominus *Fi-  
dem sub comminatione Mortis aeterna hominibus praescribere*,  
ab iisque exigere, Marc. 16. v. 16. joh. 3. v. 18, 36. Hæc quippe  
omnia *Ordinatio Mediorum Salutis includit*.

Erros  
Photinie  
anorum

Arminie  
anorum;

4. Etiam deviant (*y*) *Calviniani*, *Reconciliationem nostri*  
*cum DEO Merito Christi* tribuentes, non quā *Amorem*  
*Benevolentiae*, ut quo homines semper & ab æterno fu-  
*erant prædilecti* à *DEO*, sed quā *Amorem Complacentiae*, nem-  
*pe ad aperiendam & præparandam viam, Benevolentiae*  
*DEI æternæ*, convenienter *Justitiae* ejus, hominibus de-  
*clarandæ*; h.e. In *procurandâ Salute nostrâ*, non esse fa-  
*ctum* è *Merito Christi DEUM* ex *nolente volentem*, ex *osore* no-  
*stri dilectorem*, quod *Immutabilitati DEI repugnans* foret; Imò  
*falsum esse*, *Neminem diligi* à *DEO*, nisi *in Christo exsi-*  
*stentem per fidem*, contrarium docente *Scripturâ*, Joh.  
*3. v. 16. Rom. 5. v. 8.* Etiamque *preordinationem Christi*  
*Redeutoris*, ejusque *Meritum*, falso supponi in *Electione* no-  
*stri æternâ*, ad ostendendum *Gratiam DEI universalem*,  
*cum Electioni Gratia DEI subordinetur*, ut ejus *Complementum*  
*& Executio*. At vel hæcce omnia, utut speciosa,  
*ficta sunt & artificia*. Etenim (*1*) *DEUS* quidem in  
*Statu innocentiae* dilexit *Hominem*, nullo *Christi Merito* præ-  
*existenti*, tum *amore Benevolentiae*, tum *Complacentiae*, ut-  
*pote ad Imaginem ejus conditum*, Gen. 1. v. 26, 27, 31. Ibidem  
*5. v. 1. Cap. 9. v. 6.* Sed post *Laborem Peccati introductam*,  
*cum hoc Salutis medio*, nempe *Merito Christi*, prorsus  
*spreto*, homines ex ingenio suo, peccatis depravato, vi-  
*verent*, Hebr. 10. v. 29. *pænituit DEUM*, quòd *creasset ho-*  
*minem*, Gen. 6. v. 6. Unde nec *amore Complacentiae* tales  
*homines refractarios dignatus est*, i. Petr. 3. v. 19, 20. qvam  
*Merito Christi* illis *præordinato*, ac *oblato* per  
*πειραγγέλιον*, Gen. 3. v. 15. (*2*) *DEUM fieri*, intuitu *Meriti*  
*Christi*, ex *nolente volentem*, ex *osore* *nostri Dilectorem*, asse-  
*verat Propheta ipse*, Esa. 53. v. 5, 6. Qvòd etiam provo-  
*cat Moses*, Deut. 32. v. 39. & *Hanna Samuelis Prophetæ*  
*mater*, i. Sam. 2. v. 6, seqq. Nec tamen id *DEI immu-*  
*tabi-*

tabilitati repugnat: cum sit, alia ratione *Essentia*, Jac. I.  
v. 17. Malach. 3. v. 6. quæ simpliciter *absoluta* & *immu-*  
*tabilis*: alia, ratione *Consilii*, qvæ est aliquando *conditionata*,  
Rom. II. v. 29. aliquando *absoluta*, Esa. 14. v. 26, 27. Ibidem  
46. v. 10. (3) *Gradus Dilectionis DEI* innuit Apostolus, Rom.  
5. v. 8. & *Christus quoque*, joh. 3. v. 16. Unde frustra  
Calviniani, *Dilectionem Hominum*, semper omnino apud  
DEUM gradu *equalem*, arguunt. Qvâ de re B. D. Baldu-  
inus, Rom. 5. v. 8. aphoris. 17. hæc obseruat: *Paulus hoc loco*  
*diversos Dilectionis gradus agnoscit*, &c. De Generali itaque dilec-  
tione loquitur *Christus*, Joh. 3. v. 16. Omnes enim homines  
dilexit DEUS, & omnibus donavit Filium. De speciali Dilectione  
loquitur Paulus, Eph. I. v. 6. Nam Fideles tantum & Electos  
sibi fecit in Filio gratos & acceptos. Generalis dilectio vocatur  
euangelium, Specialis xáx. (4) Sicut Ordo Electionis nostræ ad  
Salutem aeternam (juxta Librum Concordiæ) hic est: ut,  
Præviso Lapsu Adami, Decretum DEI exsisteret aeternum, de  
hominibus peccatoribus omnibus ab interitu liberandis, misso Sal-  
vatore, qui *Fustitiae divine satisfaceret*, & *Salutem recuperaret*;  
utique *Præordinatio Christi Redemptoris*, ejusque Meritum, ne-  
cessariò in Electione nostri aeternâ supponendum erit, ad ostendendam  
*Gratiam DEI universalem*, ex Eph. I. v. 4, seqq. Imò  
ipsi etiam Calviniani, etsi *Christi Meritum Particulare* tan-  
tum agnoscent, *Gratiam tamen DEI Missioni Salvatoris illiusque*  
*Merito* substernunt; Sicuti suprà ad joh. 3. v. 16:  
Rom. 5. v. 8. annotatum est. *Manifestam* itaque *Contradic-*  
*tionem* admittunt, utpote *Missioni Salvatoris*, & *Merito e-*  
*jusdem*, *Gratiam DEI substernentes*, eidemque *Gratiam*  
*eandem subordinantes*. Confer D. Balduinum ad Eph. I.  
v. 6. aphoris. 6. D. Hunnium ibidem part. 2. L. c. 6.

5. Contra Pontificios, Meriti Christi extenuantes Efficaciam Pontificis  
at Valorem, B.D. Meisnerus Anthr. Sacr. Dec. III. Disp. 24. th. 68. ciorum-  
ita

ita scribit: Nolunt Romanenses videri, quod Meritum Christi vel enervent, vel illi aliquid detrabant. Ita enim habet Concilium Trident. eff. 6. c. 7. Meritoria causa est dilectissimus DEI Unigenitus, Dominus noster IESUS Christus, qui cum essemus inimici, per nimiam charitatem, quam dilexit nos, sicut sanctissima Passione in ligno crucis nobis justificationem meruit. Et Bellarm. lib. 1. de justificat. c. 2. disertè ait: Efficiens justificationis per modum Meriti est Christi Passio. Sed hac pallia sunt, quibus errores suos obvelare solent, ne primò statim tempore à simplicioribus animadvertiscantur. Nam in scriptis Papisticis ejusmodi assertiones passim reperiuntur, ut iis sanctib[us], Meritum Christi salvum illasunque stare ac permanere haud valeat. Thes. 72. ait: Premium & Valorem satisfactionis Christi non in infinita Meriti Efficacia constituunt, sed in misericordie divina acceptatione, quam DEI passionem Christi, ex tantâ charitate profectam, loca satisfactionis habuerit. Ita enim scribit Durandus in lib. 4. sent. dist. 19. Christus secundum strictum iustitiae rigorem non potuit satisfacere, quia quicquid erat in Christo secundum humanam naturam, erat obligatum DEO & ei debitum: ideo non potuit esse satisfactio de Condigno pro quocunque peccato, considerando naturam operis vel rei, sed solum potuit esse satisfactio secundum acceptationem gratuitam. Opinionem hanc esse erroneam vidit ipse Bellarminus, ideoque illam improbat, lib. 2. de justific. c. 2. Otiolas disputationes Pontificiorum, de Meriti Christi acceptatione, tanquam vanas & nugatorias, hic omittimus.

**II.** 6. Est Meriti Christi (ii) SUFFICIENTIA Universalis, quando Exactissimam Compensationem præstítit pro nobis omnibus, ad iustitiae Divina Rigorem; Disciplina enim pacis nostræ super ipsum, & libore ejus sumus sanati, Isa: 53. v. 5. Nec potest ostendi defectus, collatione penè omnium Circumstantiarum, requisitarum ad Meritum & condignam Satisfactionem pro nobis

nobis, in Christi Passione & Morte, &c. Quibus omnibus facem prætulit Apostolus, dum Rom. 3. v. 25. inquit: DEUS proposuit Christum propitiatorium per fidem in illius sanguine, ad ostensionem justitiae sue. §. Duo hic Meriti Christi requisita probanda ex Scripturis veniunt, Sufficientia & Universalitas. Sufficientiam ostendunt, dum nos plenè redemtos & liberatos afferunt, & quà Omnia hominum Peccata, Isa. 53. v. 5. i. Corinth. 15. v. 3. i. joh. 1. v. 7. Act. 13. v. 38, 39. & quà Pœnas peccatorum, tam temporales, quam aeternas, Gal. 3. v. 13. Hebr. 2. v. 14, 15. i. Thess. 1. v. 10. Rom. 5. v. 9. Universalitatem vero Scriptura indigitat, quando homines Lapsos in universum omnes liberatos testatur, velut 2. Corinth. 5. v. 15. Hebr. 2. v. 9. i. joh. 2. v. 2. joh. 4. v. 42. i. joh. 4. v. 10, 14. Colof. 1. v. 20. Omnino itaque improbandæ sunt Opiniones heterodoxæ Pontificiorum, qui distingvunt inter Peccata, ante Baptismum & post Baptismum, Mortalia & Venialia, inter reatum Culpa & Pœna, Pœnam temporalem & aeternam; idque ut restrinquant Satisfactionem & Meritum Christi, ad Peccata antebaptisma, mortalia, reatum Culpa, & pœnam aeternam: statuuntque Hominibus ipsis satisfaciendum esse, pro Peccatis post Baptismum, saltem Venialibus, quoad reatum pœnae temporalis, sive in hac vita per Opera pœnalia, sive in futurâ per Ignem Purgatorium. Quibus omnibus vanitatibus contradicunt Scripturæ suprà allegatæ, de Meriti Christi Sufficientia & Universalitate, tum quà delenda peccata, tum quà pœnas averendas. Huc spectant etiam aphorismi B. D. Menzeri contra Merita Satisfactoria Pontificiorum, Exeges. August. Confess. Art. XII. de Pœnit. p. m. 570. utpote (1) Sola Christi Obedientia est satisfactio pro nostris Peccatis. (2) Satisfactio non est nisi plena; secundum versiculos: Larga DEI bonitas veniam non dimidiabit: Aut nihil, aut totum, te lacrymante, dabit. (3) Pro Peccato in infinitam DEI justitiam commisso,

Erros  
Pontificis  
ciorum.

non nisi infinita Satisfactio praestanda est. (4) *Justitia una est, non gemina:* Quare & una est satisfactio, eidem aequalis. unde Peccatum non dimittit DEUS, pro quo non sit perfectissime satisfactum. (5) *Satisfactio Imperfecta est implicata Contradiccio.* (6) *DEI Amicitia non potest esse contraria justitia;* est enim ipsa infinita justitia, semper immutabilis & aequalis. Qvæ excipere solent Pontifici, ex his recte observatis & applicatis non difficulter explicari poterunt.

### ARTICULUS III.

#### MERITUM CHRISTI QVARUM SIT PARTIUM?

##### §. I.

Meriti  
Christi  
Partes,  
Obedi-  
entia &  
Victoria.

**M**ERITUM CHRISTI habet Partes quasi Integrantes, Philosophis Potentiales appellatas, OBEDIENTIAM Christi, ejusque VICTORIAM: Qvas ad Meritum Christi pertinere ambas, evincitur manifestissime, ex Colos. 2. v. 13, 14, 15. Hebr. 2. v. 14, 15, 17. Rom. 8. v. 34. 2. Timoth. I. v. 10. Eph. 4. v. 8, 9, 10. Pial. 68. v. 19. Esa. 53. v. 12. Qvæ etiam duo in Merito Christi ita conjuncta sunt, ut, propter unitatem personæ θεοῦ θρόνου, sibi invicem innescantur ac includantur, per mutuam virtualem περιχώρην, totique Persona unaque tribuatur. Et si tamen Obedientia, ex se & originaliter, magis convenit Christo, qvà Homini, Phil. 2. v. 7, 8. Hebr 2. v. 14. Victoria verò competit Christo, qvà DEO Hominique simul; DEO nempe per Naturam, Homini autem per unionis Personalis gratiam, 1. Cor. 15. v. 57. 1. Joh. 5. v. 5. unde B. D. Vitus Theodorus Summar. Bibl. in Hof. 13. v. 14. ait: *Christus passus est à Morte & Inferno se degutari;* ut in seipso tales hostes, ad nostri Salutem, vinceret ac oppimeret. §. Contra hæcce,

(a) De Christi Obedientia, quidam ita argumentari volunt;

(1) *Satisfactio Christi habet se ad ejus Meritum, ut Causa ad Effectum;* Ergo facta dei non potest prezzo Universæ Christi Obe-

Obedientia, qvia etiam Obedientia Christi extendit sese ad 139  
Meritum ejus, ut Causa ad Effectum, qvæ sunt correlata intra existentie actualitatem, vel sub intuitivâ utriusque præsivione. At Respondetur, negando Consequentiam; Qvippe satisfactionis factio Christi perejus Obedientiam præstata est, ut Medium & Causam Meriti. Non igitur sunt ~~co~~sætu, Satisfactio Christi est Causa Meriti, & Obedientia ejus est Causa ejusdem Meriti; namque Obedientia Satisfactionis medium fuit, atque hoc modo illi subordinata, ut Actio Ministerialis actioni Causæ Principalis. Ut nihil proinde absurdum sit, Satisfactionem esse Causam Meriti Christi, & factam dici pretio Universæ Christi in terris Obedientia.

Respons detur.

2. Ajunt (2) Si in Statu Exaltationis dantur actus verè meritorii, ut B. D. Kœnigius habet Theol. Posit. Part. 3. Objec<sup>2.</sup>ti<sup>o</sup> §. 220. utique (a) Christus in terris nos sufficienter non redemit, (b) Satisfactione in celis extendenda erit ad Meritum, quod ibi occurrit, (c) Alias pretio Universæ Christi obedientia, scilicet quæ in celis est, facta esse non posset Satisfactione, utpote solam habens sibi substratam obedientiam Christi in terris, (d) Sicut non differunt Universa Christi Obedientia & ejus Meritum, erit ita in Cœlis Christi Obedientia, qvia ibi est ejus Meritum, nec tantum ibi ~~λειτουργία~~, Hebr. 8. v. 2. sed & ~~δελεῖα~~; contra Scripturas. Verum Respondetur, vacillare & hīc Consequentiam, in aliquibus etiam Principium peti. Namque Sequela nulla est, Christum non in terris nos sufficienter redemisse, si in Statu Exaltationis dentur actus Christi verè meritorii. Etenim Redemptio, qvæ præter Satisfactionem in terris pro peccato, etiam nostri Liberationem & Recuperationem includit, in Statu demum Exaltationis, per Resurrectionem Christi ex mortuis, in terris quoq̄ illa perfecta est. Quare, etsi Satisfactione in Statu modo Exinanitionis est præstata, exinde tamen Redemptio, quæ plura includit, ad eundem

Respon-  
detur.

120. Humiliationis statum solum restringenda non venit. Eadem ratione nec seqvitur, etsi Meritum aliquod Christi in cœlis est, utpote Victoria, Apoc. 12. v. 10. seqq. Rom. 8. v. 37. & Intercessionis, Hebr. 7. v. 25. propterea Satisfactio aliqua Christi præstita sit in cœlis. Unica enim Oblatione, & Satisfactione inter terris, consummavit Sanctificatos, Hebr. 10. v. 10, 12, 14. Petitio denique est Principii, cum toto genere alia statuitur Obedientia Christi in cœlis, quæ fuit in terris, etiam nihil differre Universam Christi Obedientiam & ejus Meritum. Eqvidem Obedientia Christi in cœlis, quæ actum Intercessionis, etsi alio modo comparata est, ac illa in terris, utpote non Servilis, sed Triumphalis, per Presentationem Meriti; Obedientia tamen esse non desinit, ex Psal. 40. v. 8, seqq. Hebr. 10. v. 7, 9. nec est nova, Hebr. 9. v. 24. sed peculiari ratione continuata, Joh. 17. v. 11, 15, 17, 20. Hebr. 7. v. 25. Qibus consonat B. Dn. D. Calovius Theol. Posit. Parte 3, cap. 7. dum inquit: Nec vero existimandum est, supervacaneam esse intercessionem (Christi) post finem seculi. Observandum enim, quod non intercedat, ne excidamus aeternam salutem, per peccatum; quia Electi in cœlis, eque ut Angeli, ob id etiam dicti iudeo-gecos, peccare non possunt: sed ut converventur in Gloriâ, que uti Merito, sic & Intercessioni Christi meritorie accepto est ferenda. Pariter etiam Victoria Christi continuatur in cœlis usque ad finem seculi, 1. Corinth. 15. v. 25, seqq. Quomodo quoque Petitio Principii est manifesta hæc altera, utpote nihil differre universam Christi Obedientiam, ejusque Meritum; cum Meriti Christi pars modo sit illius Obedientia in terris. Qui tamen Christi Actus in cœlis, tantum λειτουργοὶ sunt, non vero δελποὶ.

Objecit 3. Objicunt (3) Si dantur actus Christi vere meritorii in cœlis, DEUS eorum respectu justus Iudex esse non poterit, ut cuius Justitia infinitæ rigori jam in terris satisfactum est, Hebr.

9. v. 14. Nec poterit considerari in *absoluto* eātenus do-  
minio, propter sui veritatem, *justitiam & Sanctitatem*, 1. Corinth. 10. v. 13. Imò ad *statum Exaltationis* reducenda erit  
*Christi Obedientia*, etiamque *Christi Satisfactionis*, quæ in ejus  
*Obedientiâ fundatur*. Sed hīc quoque *Respondetur*, nullam *Respon-  
sionem*  
in horum aliquo esse *Consequentiam*. Namque etsi, respe-  
ctu *Hominum*, DEI *Justitiae infinitae rigori satisfactum est in  
terris*, ut eo nomine in *Judicium in cœlis non intret DEUS*  
cum *Hominibus*, nempe à *Christo* jam redemitis, *Plal.* 324. v. 1. 2.  
*Psal.* 143. v. 2. attamen *respectu Satanae*, DEI *Hominumque  
adversarii & hostis*, qui Redemptorem nec habet, *Hebr.* 1.  
v. 16. peragitur DEI *judicium in cœlis*, *Apoc.* 12. v. 7, seqq.  
secundum *comminationem divinam*, *Gen.* 3. v. 15. *Psal.* 68.  
v. 19. *Psal.* 110. v. 1, seqq. 1. *Corinth.* 15. v. 25, seqq. ut  
*justus Iudex in cœlis*, *Piorumque Vindex*, intuitu *Meriti Christi*,  
*DEUS esse* non definit, *Apoc.* 12. v. 11. *Ibidem* 20. v. 2, seqq.  
Nec *Purificatio Conscientie*, per *Christi Oblationem in terris*,  
*Hebr.* 9. v. 14. tollere potest ejus *Justitiam in cœlis*, quippe  
*perpetuam & eternam*, 2. *Chron.* 19. v. 7. *Deut.* 10. v. 16, seq.  
*Psal.* 62. v. 11. Imò, nec *absolutum DEI Dominium*, propter  
ejus *veritatem, justitiam & sanctitatem*, cessare potest, sed  
*multo magis exinde continuatur*, 1. *Chron.* 29. v. 11, 12. *Psal.*  
145. v. 17. *Crucem vero Piorum in terris*, non *Dominium Christi*  
in cœlis, respicit *Apostolus* 1. *Corinth.* 10. v. 13. Nec sequi-  
tur, ad *statum Exaltationis* reducendam esse *Christi Satisfactionem*, quia in *Christi fundatur Obedientia*. Quippe *Satisfactionis*  
in *Obedientiâ Christi Servili in terris fundatur*, *Phil.* 2. v. 8.  
*Rom.* 5. v. 19. *Obedientia vero Triumphalis*, sicut declaratur  
*in cœlis*, & quæ *Actum intercessionis*, *Hebr.* 9. v. 24. & quæ  
*Resignationem Regni in manus Patris*, 1. *Corinth.* 15. v. 24, seqq.  
ita *fundamentum Satisfactioni*, jam *ante peracta*, substernere  
nequit. Qvapropter tanto minus sequitur, si *Meritum  
Christi*

142 Christi ad Statum Exaltationis extenditur, quod illuc Obedientia Christi Meritoria in terris, aut Satisfactionis, reducenda sit; quando utraque, tam Obedientia Christi meritoria in terris, quam ejusdem Satisfactionis, ad Statum Exinanitionis spectat.

De Intercessione.  
Objec<sup>t</sup>io

I.

Respo.

Obi.

2.

4. Qvà (β) Intercessionem Christi, obtendunt (1) Si intercessionis fundamentum est Intercessoris Satisfactionis, ac Meritum universum, erit in cælis adhuc vera & realis interpellatio, si non ratione Satisfactionis, ratione Meriti tamen, qvod verum ibi esse supponitur. At Respondetur, Elenchum esse Oppositorum; Qvippe Intercessio Christi, ejusque Satisfactionis ac Meritum Universum, non sunt Opposita, sed Subordinata, cum Intercessio Christi in ejusdem Satisfactione & Merito fundetur, eidemque subordinetur, qvin ejusdem quoque Pars sit, ex Rom. 8. v. 34. Itmò, Argumentum hoc totum conceditur, & quia Christi Intercessio seu interpellatio in cælis, et si non Servilis Subjectionis, Triumphalis tamen Apparitionis, est vera & realis, Hebr. 7. v. 25. Ibidem 9. v. 24. & qvia Meriti Christi Pars est Intercessio Christi in cælis, Hebr. 7. v. 24, seq. Ibidem 9. v. 23, seqq. Rom. 8. v. 34. Inferunt (2) Cum Intercessio Christi, ratione sui fundamenti, scilicet Satisfactionis, sit Generalis, utpote pars Officii Sacerdotalis, atque sic ante nostri Ληψiv seu Acceptationem apud DEUM consideranda; utique (a) in istâ communitate, non potest dici facta specialiter pro Fidelibus & Electis, sicut illa in cælis est, etiamq; unus alterve Intercessoris Christi actus in terris; Neque ipsa tamen Intercessio Christi pro Genere humano in terris facta, Divine Sapientie submissa, non fuit universalis, Isa. 53. v. 12. Hebr. 5. v. 7,9. (b) Etiam Satisfactionis, Officii Sacerdotalis Actus prior, eodem modo ante previsam nostri Ληψiv, specialiter Communitate suâ ad solos Fideles & electos descendere poterit, secundum Calvinianos; Contra 1. Timoth. 2. v. 4,

2. Petr.

2. Petr. 3. v. 9. Ezech. 33, v. 12, 14, 15. Verum denique & hic 14<sup>o</sup>  
Respondeatur; Neq; quā Intercessionem, neq; quā Satisfactio- Resp.  
nem, hīc procedere Consequentiam, obstante Scripturā. Namq;  
Intercessio Christi in terris fuit Servilis Subjectionis, cuiusmodi  
quōq; ejus iunc fuit Obedientia, Phil. 2. v. 7, 8. Hoc modo in-  
tercessit pro Prevaricatoribus, Esa. 53. v. 12. Pro Inimicis suis, qui  
eum crucifixerunt, Luc. 23. v. 34. Oravit etiam pro se ipso,  
Joh. 17. v. 5. pro Discipulis, Ibidem v. 9. At Intercessio in  
cālis est Triumphalis Apparitionis, Hebr. 7. v. 25. Ibidem 9. v. 24.  
Rom. 8. v. 34. atque specialiter fit pro solis Fidelibus & Ele-  
ctis, Hebr. 9. v. 24. non verō ante nostri ληψίου seu Accepta-  
tionem apud DEUM, Hebr. 7. v. 25. Sic pariter neque Satis-  
factio, ante prævisam nostri ληψίου facta, specialiter com-  
munitate suā ad solos Fideles & Electos descendere ob eam can-  
sam poterit, secundum Calvinianos; Cum ratione Acqui-  
sitionis illa quidem sit universalis. 1. Timoth. 2. v. 4. 2. Pet.  
3. v. 9. at ratione Applicationis, ob hominum negligentiam &  
resistentiam, fiat particularis, atque sic ad solos Fideles descen-  
dat, 1. Timoth. 4. v. 10.

5. His ita discussis, jam de Meriti Christi partibus, OBEDI- Christi  
ENTIA atque VICTORIA specialius agendum venit. Est Obedis-  
per Servilem Humiliationem Legi obediens factus, Galat. 4. v. 4. entia Ser-  
eandem in omnibus suis partibus perfectissime, quod nobis quidem  
factū impossibile erat, adimplevit, Matth. 5. v. 17, Rom. 5. v. 19.  
& ignominiosissimam Mortem in Arā Crucis pro nobis pertulit,  
Phil. 2. v. 8. 1. Petr. 2. v. 24. sed etiam, per præsentationem Tri-

ampalem, & coram DEO pro nobis in aeternum intercedens apparebat,  
Hebr. 9. v. 24. Ibidem 7. v. 25. Et post finem seculi, Regni hanc  
sit administrationem in manus DEI patris resignat, 1. Corinth.  
15. v. 24, seqq. Hinc itaque OBEDIENTIA Christi, alia Servilia,  
alia Triumphalis erit. Illa in Statu Exinanitionis, Phil. 2. v. 7, 8.  
Hac in Statu Exaltationis, Hebr. 9. v. 24. 1. Corinth. 15. v. 24,  
seqq. §. De Obedientia Christi Servili, B. D. Conradus Die-  
tericus Institut. Catechet. de Officio Christi, hae annotat:  
 Activa &  
Passiva.  
 Vulgo distinguunt, in Obedientiam Christi Activam, quae in per-  
fectissimâ legis impletione; & Passivam, quae in sufficientissimâ  
Panarum persolutione consistat. Illa Peccata Omisionis, hac  
Peccata Commissionis expiata afferunt. Quae distinctio non vi-  
detur satis exquisita, sed utr' εξοχή à potiori tantum populari-  
ter sic denominata: Cum Passiva Activam includat, non exclu-  
dat, quia in media etiam morte mirificè se Christi Obedientia,  
virtus & dilectio, exseruit; Vide Hebr. 2. v. 14. Et sic revera  
fuit Actio Passiva, & Passio activa, Bernhar. Serm. de  
Passione Dom. Hinc addit Axiomata: (1) Tota Christi  
Obedientia, in actione & passione, est pars Officii Sacerdotalis,  
cujus totum constituitur, accedente Intercessione Christi pro  
nobis. Itaque (2) neque sola Obedientia Christi Activa, ex-  
clusa Passiva, neque sola Passiva, exclusa Activa, sed utrumque  
conjuncta (h. e. illa propriè loquimur cum Scripturâ, qua  
non nisi unam novit Christi Obedientiam) Tota sive Integra O-  
bedientia Christi, Credentibus ad Justitiam imputatur. Vide  
oppositionem Inobedientie, Rom. 5. v. 19. Tota igitur illa O-  
bedientia, quæ Christus nostri loco Legem perfectissimè implevit,  
nobisque Passione & Morte sua Justitiam ac Salutem eternam  
promeruit, MERITO & Justitia Christi continetur, Matth. 5.  
v. 17. Gal. 3. v. 13. Ibidem 4. v. 5. Errant proinde hic (1) Pon-  
tificii, dum Christum etiam Vim merendi nobis meruisse con-  
tendunt, ut eam per Merita propria consequeremut: Con-  
tra Rom. 3. v. 23. ibidem 4. v. 6. Gal. 3. v. 10. Eph. 2. v. 8. &c.